

C V D

A T G G

1 6 1 1

R. d. 26x
A. 309

Erinnerung

Geschwigns:
Amt für Volksbildung
Halberstadt
Prüfungskommission

J. VII. 896.

III 4^o T. V 18



Digitized by
Digitale Bibliothek
Sachsen-Anhalt
Universitätsbibliothek

9

THESES
De
ASTHMATE,
Qua
AVSPICE CHRISTO M.
KNOFE SERIENSIMAE ET PO.
PRAESIDE
Clarissim. & excellent. viro,
DN. FRANCISCO PARCOVIO,
Rostochiensi, Philosophiae & artis Medicæ Do-
ctore, eiusdemq; facultatis in illustri Iussiâ Pro-
fessore primario, & collegij Medicorum Decano, nec
non illustrissimorum Principum Brunsui-
censium ac Lunæburgensium
Archiatro,

Pro consequendo summo in arte Medica gradu,
Rubricè discutiendas proponit
LVCAS PALVDANVS VIBERGIVS
DANVS.

Fiet disputatio 16. Iunij,
horis & loco consueto.

HELMESTADI,
Ex Officina Typographica Iacobi Lucij,

ANNO CL CX.





REVERENDO
CLARISSIMO AC ORNATISSIMO
VIRO Dn.

M. CHRISTOPHORO
KNOFF SERENISSIMAE ET PO-
tentissimæ Regiæ Maiestatis Daniæ con-
cionatori vigilantissimo,
NEC Non
Ecclesia cathedralis, quæ est Roskildeæ
Archidiacono fidelissimo,
Fautori, promotori ac affini suo
perpetuum obseruando

Hæc theses

Offert & consecrat.

Author



Ex omni typographia Lipsiensi Lucij

Anno dicitur MDCXVII



De

A S T H M A T E

T H E S I S . I.



Oocabulum *ἀσθμα* à Medicis variè usurpatum:
Primò enim generalissime continens omnem
respirandi difficultatis speciem quamcunque
etiam causam & subiectum habuerit, siue fue-
rit etiam cum febre ut in peripneumonia in
pleuritide &c. siue citra febrem, sumitur.
Strictius deinde pro ea spirandi difficultate, quæ solius pul-
monis vitijs fit. Atq; hac significatione continet tres illos
difficilis respirationis gradus, dyspnæam, Orthopnæam, &
suspirium seu anhelationem. *Gal. 7. de comp. med. sec. locos c. 6.*
Strictissimè deniq; ac propriissimè pro signatâ quadam dif-
ficilis anhelitus specie, qui cum stertore acsibili editur, ac-
cipitur, *lib. 6. aph. com. 46.* In qua postrema significatione in
hac nostra disputatione intelligi volumus.

I I.

Difficilis hæc respiratio græcis *ἀσθμα* *πνεύμα* & *ἀσθμάτινος*
ab anhelando; latinis Suspirium, anhelatio dicitur. Hinc eo
morbo laborantes anhelosi, anhelatores & suspiriosi nomi-
nantur.

I II.

Est igitur asthma angustia propaginum asperæ arteriæ
per corpus pulmonum deseminatarum cum stertorosâ ac
difficili respiratione ex viscidâ ac crassâ materiâ facta sine
febre.

A 2

Affc-

IV.

Affectus huius genus alij aliud statuunt, pro ut nimirum varie ab illis consideratur; nobis tamen magis aridet illorum sententia, qui genus faciunt loci angustiam.

V.

Subiectum huius morbi proximum & appropriatum sunt pulmonum bronchia vel propagines asperæ arteriæ per pulmonum substantiam dispersæ, non, ut quibusdam placet, vena arteriosa & sine pari.

VI.

De causa continente non leuis est inter Medicos controvèrsiâ. Alij ab influente sanguine, nonnulli à tuberculo in cavitatibus asperæ arteriæ contento, quidam à bronchiorum interceptione, à resiccatione vehementi, abscessu, stricture pectoris, pulmonis compressione, lapidibus, grandinibus, vermibus, imbibitione humoris pituitosi, Connexu pulmonum cum cavitate thoracis, pure, tuberculo in spina siue sponte siue à causa externa genito, flatibus item multis septū transuersum distendentibus fieri contendunt.

VII.

Faciunt quoq; speciem Asthmatis quæcunq; prauū exspirant fumum vel vaporem vti in asthmate, quo præhenduntur laborantes ex vtero: sic & illis, qui tractant metallica non raro accedit vt præfocentur, quemadmodum Galenus de illis qui circa Calchanti venas in Cypro laborare scripta reliquit. Carbonum quoq; fumus & cereuisiæ afferuentis attractum copiosum vaporem non raro suffocare depræhendimus.

VIII.

Nos verò solam materiam crassam & viscidam proximam & continentem veri asthmatis causam cum Galen. 4. de loc. aff. c. 7. & 8. statuimus.

Cras-

IX.

Crassa & viscida hæc materia plerumq; cum flatibus coniuncta est (à pituita tanquā materia originem habentēb.) qui si in copia adsunt, non raro paroxismum excitant & oberrantes in pectore, præcordijs & scapulis dolorem faciunt.

X.

Materia crassa vel in ipsa parte affectâ congeritur vel aliunde transmittitur. *Galen. lib. 4. de loc. c. 7.*

XI.

Congeritur autem materia cum pars vel propter vitium & imbecillitatem facultatis allapsum alimentum nec consumere nec conficere potest: vel quando maiori copia alimentum attrahit, quam quod conquoquere valet: vel deniq; propter debilem facultatem expultricem.

XII.

Transmittitur vel à cerebro vel à vicinis partibus vel à toto.

XIII.

A cerebro & alijs partibus transfunditur, vel ob earundem ac Cerebri pigram ac labefactatam facultatem retentricem: vel ob fortē ac copiā irritatam expultricem.

XIV.

A toto, vbi scilicet id simili exrementitia materiā abundet, vel quando consuetā quædam euacuatio suppressa fuerit.

XV.

Pulmonum quoq; imbecillitas, quæ collectionis causa est, eadem quoq;, vt facilius suscipiat aliunde influentem humorem, efficit.

XVI.

Causæ antecedentes sunt pectoris angustia, pulmonum frigida & humida intemperies, caput debile, temperamen-

tum pituitosum, suppressio mensium vel hæmorrhoidum.

XVII.

Procartarcticæ, caliditas ac frigiditas nimia aëris, casus, violenta pectoris percussio, exercitium seu motus immodus, intemperantia victus, odor rerum pectus constringentium, quibus & fumus hydrargiri annumeratur.

XVIII.

Cibi crassi, lenti, frigidi, crapulæ, potus vini generosi, Regio frigida humida, locus ad aquilonem & occidentem vergens, hyems gelida, status cœli aquilonius, humens pluviosaq; constitutio, mora sub sole, vitæ studium. Refert enim Aëtius eos, qui ad ignem artes faciunt frequentius asthmate tentari & ubi tentantur annum non perdurare.

XIX.

Signa diagnostica. Crebra, densa, parua ac difficilis respiratio cum stertore sibilo ac sono thoracis magna elevatio, pectus angustum & graue.

XX.

Prognostica. Asthma in iuuenibus difficulter, in senibus nunquam curationem admittit.

XXI.

Quibuscumq; asthmate laborantibus cum tussi, desierit tussis anhelitus difficultate perseverante, ijs mors in propinquo est.

XXII.

Spiratio tremula periculosa est, & eò magis si scapulæ & omoplatæ cum musculis intercostalibus una cum inspiratione & exspiratione attolluntur ac deprimuntur præsertim viribus existentibus debilibus.

XXIII.

Syncope concurrens cum pulsu inæquali, intermitente, languido & paruo pessimum.

Aff-

XXIV.

Afficiuntur, Aureliano authore, hoc malo magis viri
quam fœminæ, quamvis huic affectui magis sint opportunæ.

XXV.

CVR A T I O
Cum affectus huius proxima ac continens causa sit crassa ac viscosa materia, indicat propterea attenuationē sui, incisionem atq; deterionem: quod verò angustiam faciat, indiget aperientibus atq; dilatantibus; at quod præter naturam in parte affecta contineatur, promouentia expectorantiaq; maxime expostulat; Quatenus autem propter vitium seu imbecillitatem partis accumuletur vel recipiatur partem lassam vult esse roborandam: quod autem à partibus vicinis vel à toto transmittatur, Euacuantia, reuellentia, deriuantia, partisq; mandantis confortantia, indicat.

XXVI.

Fiant autem hæc omnia per tria vulgata medicorum instrumenta Chirurgiam scilicet, Pharmaciam atq; Diætam, quæ omnia pro ratione indicantium vel in ipsa accessione vel extra accessionem instituuntur.

XXVII.

Circa primam intentionem, quæ vult materiam crassam ac viscidam attenuari, incidi atq; detergi, hoc maxime nobis considerandum venit, vt in principio à lenientibus ac minus fortioribus curam instituamus, mox ad incidentia, tandem verò ad detergentia descendamus. Nam si nimum resoluentibus vtamur ac temperata atq; benigna omittamus, tenuem materiam induratâ crassâ digeremus. Circumspectè igitur agendum, taliaq; usurpanda quæ materiam sic præparant sicq; attenuent, vt crassam, seiunctâ liquidiore, non coagulent, atq; inspissent.

XXVIII.

Leniunt autem Sebesten, iuiubæ, ficus, liquirit, passulæ,
Saccharum, sem. lini, altheæ.

XXIX.

Incidunt atq; detergunt radix Enulæ campa. aristoloch.
rotund, Ari, iridis. Sem. Melanthij, vrticæ, nasturtij; centau-
reum, hyslopus, calamentum, satureia, Origanum, pulegi-
um, Millepedæ, pulu. Erinacæj, &c.

XXX.

Secunda & tertia intentio perficiuntur dilatantibus seu
aperientibus & expectorantibus quæ vel intra corpus su-
muntur vel exterius applicantur.

XXXI.

Interius dantur Syrup. Glycyrrhiz. de iuiub. de prassio, de
Erysimo, quibus cum magno successu, præsertim in accessione
vel paroxismo, addatur ʒj vel 1s. agaric. puluerizat. quemad-
modum & extractum croci, si eius ʒf. exhibetur, plurimum
opituletur Montuus Ammoniaci gr. iiij vel v. in oxymelitis
ʒij dissoluti, in vehementi exacerbatione felicissimè propi-
nat. Oymi quoq; Citracij semen in aq. decoctum usq; ad
dissolutionem, in cuius colatura Moschi fragrantissimi gr. v.
sint soluti, si per infundibulum vapor ore excipiatur, idem
authoꝝ multum prædicat. Augenius probat fumum seu va-
porem decocti herbae sanctæ seu peti. Syrup. quoq; eiusdem
herbae cum oleo Sulphur. In ylu quoq; sunt, & præsertim
extra accessionem, Diahyslop. Diapenidium, diatragachan-
tum cum oleo anisi, ius galli antiqui, cuius quatuor extant
descriptions apud Mercatum, loch sanum & expertum, loch
depino &c.

XXXII.

Exterius adhibentur vnguenta ex oleo Anethi, Camo-
mill. rutæ, lilior. albor. Laurin. irin. costin. Cataplasma ex
ficubus, farina hordeacea melle & resina: vnguentum Re-
sum-

sumptiu. Dialtheæ. Hercules de Saxonia ad expectoratio-
nem & faciliorem exturbationem in materiei tubet pectus in-
ungi vnguento ex hydrargyro.

XXXIII. copioticco cibis lauitur.

Parti affectæ proprietate quadam familiaria sunt, simul-
que corroborant, Scabiosa radic. tussilag. petasitid. pulmo
vulpis arefactus, Aseli, vermes serici, vermes vrticis subiecti,
Guaiacum.

XXXIV.

Intentio quinta in materiei euacuatione derivatione &
auersione consistit.

XXXV.

Euacuatur autem materia vel per sanguinis missionem
vel per pharmacum.

XXXVI.

Celsus nisi aliquid prohibeat, auxilium in sanguinis de-
tractione esse ait, quod tamen non nisi in admodum pletho-
rico corpore admittimus.

XXXVII.

Aurelianus & AEgineta si præfocatio cogit & hortè-
tur etiam si venter officia non fecerit adhibendam esse præ-
cipiunt.

XXXVIII.

Verum cum venæ sectio Symptomati potissimum occur-
rat, causæ vero morbi & frigidæ destillationi inimica sit Fer-
nelio authore consil. 23. (cum quo & Mercatus facit) omitten-
dam potius vel cautè adhibendam suadentis.

XXXIX.

Ratio quoque partis mandantis maxima est habenda.
Nam si à capite vel à toto materia ad locum affectū sunditur,
sanguis per venam cubiti educi debet, sin vero consuetâ
quadam euacuatione mensum, puta vel haemorrhoidū, per
venam Malleoli sanguinem educendum esse censetur.

A 5

Vbi

XL.

Vbi tamen notandum est, vt ante venæ sectionem, si fieri potest, primæ viæ clystere leniente vel medicamento ecoprotico expurgentur. IIIIXX

XLI.

Purgatione si opus videatur, primum omnium, dante videlicet inducias ipso malo, materia ad expulsionem Syrup. de prassio, Hyssop. de duabus vel quinq; radicibus. Oxymelit. simplice & composito. Decocto ligni Guaiac. Aqu. Betonic. Scabios. hyssop. præparetur.

XLII.

Præparatis humoribus purgatur totum Electuari. Diaturbith. cum Rheubarb. Diaphænico, Diacatholic. pill. Hieræ cum agarico, Hieræ Diacolocynth. Alaphangin. Coccochiar. Masticin. Agarico. Colocynthide & similibus.

XLIII.

AEgineta continuam purgationem per validissima medicamenta suadet. Rondoletius mauult frequentes & absq; magna perturbatione purgare, præsertim quando abest paroxismus. In accessione non Scammoneata sed leuiora præcipit. Primum locum terebinthin. cypria ad 3 f. cum vitello ouï dissoluta, vel oleo amygdalar. exhibita, vt meatus prorsus expurget ventrem subducit & omnia viscera detergit, sibi vindicat.

XLIV.

Ad vomitus quoq; inuitant Aurelianus & AEgineta, quod & Cappiuaccius non improbare videtur, ait enim nos Asthma, difficulta non curare, quia demus parum agaci omissa Colocynthide & Elaterio & alijs vomitorijs, quæ sæpe in hoc morbo sunt præsentanea vt patet illorum experimentis, qui infuso antimonij præparati felicissime eum curauerunt.

idv

z A

Verum

XLV.

Verum eum vomitus in omnibus thoracis affectibus suspecti sint, in illis, nisi qui facillimè & sua quasi sponte vomunt & non nisi consuetis prouocabimus.

XLVI.

Ad materiam reuellendam ac deriuandam plurimum iuuasse (extra tamen paroxismū) Errhina compertum habemus. Nec minus præstant & hoc fontanellæ vel bracchijs vel cruribus affixæ, quamvis harum usus maxime improbat Augenius.

XLVII.

Nec siue successu adhibentur cucurbitulæ cum vel sine scarificatione, frictio thoracis ex pumice superimposito nitro, percussio thoracis facta vrticis. Imponi quoq; possunt summo capitis vertici Vesicatoria & Sinapismus.

XLVIII.

Arculanus in paroxismo magnam ventosam pectori applicat. Aurelianus cucurbitulas thoraci & scapulis admonet: nos maiori commodo scapulis quam pectori & thoraci adhiberi arbitramur.

XLIX.

In exilium plane abienda medijs pectoris ferro cænante vstio.

L.

Expurgata reuulta ac deriuata materia, pars mandans ad naturalem temperiem reuocanda ac pro eius natura ac medici prudentia confortanda. Sic caput, si causa inde fluixerit, sacculis Fernelianis, Conseru. florum anthos, laudulæ, Betonic. Speci. Diambr. Diamosch. dulcis, Theriac. Methridat.. Aurea. Alexandrin. corroboramus.

L I.

Ad diætam quod attinet, vitetur aër frigidus & humidus.



dus. Carnes sint non extrema animalium, sed concoctu faciles, quales sunt Caponum, perdicum, auium montanarum.

LII.

Vitanda sunt acria vt allium, dispepta seu concoctu difficultia, vt bubula, ouilla, suilla, quæq; malos succos generant, vt & ea quæ tensionem facere nata sunt, qualia sunt legumina, fructus & omnia flatuosa.

LIII.

Potus sit vinum oligophorum aut mulsa in qua aliquid prassij vel hyssopi incoctum sit. Sitq; paulo largior cum repurgandi consilum est, propter crassitatem enim materia humectatione eget, vt facilius sursum efferatur. Abstinendum omnibus frigidis & potentia & actu talibus, astringentibus yehemenierq; calidis,

LIV.

Exercitium sit leue idq; ante cibum. Somno vtuntur moderato idq; capite & thorace subleuato.

LV.

Animi perturbationes, motus yehemens, clamor, ira, vociferatio tristitia sunt fugienda.

LVI.

Aluum perpetuo lubricam feruent quippe intestinis quo-uis modo plenis & distentis accessio exasperatur. Fitq; hoc remedijs quæ & thoracem dilatare, & fatus (qui sæpe paroxysmorum sunt causæ) discutere possunt. Dentur itaque Diaprun. Electua, Sebest. Diacatholicon. 3vj, vel 5vij, cum oleo anisi gutt, ii. vel iii. Vel clysteres ex decocto anisi, foeniculi, semin. lini, foenugræc, camomill. ageth. cum oleis calidis, cassia pro clysteribus vel Diaphænicion, 3vj vel 3j ini- ciantur.

F I N I S.



AB: 153966

ULB Halle
001 509 306

3



Sb.

VDA 17



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

SES
MATE,
CHRISTO M
KNOFE SEREM
ESIDE
excellent. viro,
O PARCOVIO,
hiæ & artis Medicæ Do-
tatis in illustri Iulij Pro-
egij Medicæ Decano, nec
n Principum Brunsui-
næburgensium
niatro,
H
o in arte Medica gradu,
tiendas proponit
ANVS VIBERGIVS
NVS.
atio 16. Junij,
co consueto.
AESTAD I,
raphica Iacobi Lucij,
CI cx.

